Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



hester

319

manu eius accedens osculata est summitatem virge eius.
dixitq; ad eam rex. Quid vis
hester regina. Que est petitio
tua. Etiam si dimidiam partem
regni petieris dabit tibi. At
illa respondit. Si regi placet
obsecro ut veniat ad me hodie
et aman tecum. ad convivium quod
paravi. Statimq; rex vocate
iussit cito aman ut hester
obediat voluntati. Venerunt
itaq; rex et aman ad convivium
quod eis regina paraverat.
Dixitq; ei rex. postquam vinum
biberat. habitudinem quid petis
ut detur tibi. et pro qua re postulas.
Etiam si dimidiam partem
regni mei petieris impetrabis.
Cui respondit hester. Petitio
mea et preces sunt iste. Si inveni
in conspectu regis gratiam. et si regi
placet ut det mihi quod postulo.
et meam impleat petitionem. Venat
ergo rex et aman ad convivium
quod paravit eis: et ecce aperta
regis voluntate mea egressus est
itaq; illo die aman letus et
alacer. Cumq; vidisset mardo
chaeum sedentem ante portam pala
tii. et non solum non assurrexisse
sibi. sed nec motum quidem de
loco suo sponte sua. indignatus
est valde. et dissimulata ira
recessit in domum suam convocat
ad se amicos suos et zares uxo
rem suam. et exposuit illis
magnitudinem divitiarum suarum
filiorumque turbam. et quot
ta eis gloria sit super omnes prin
ces et servos suos rex elevaverit
et ipse hac ait regina
quod hester nullum alium vocaverit
ad convivium cum rege preter me
apud quam cras iterum rege
pransurus sum et cum hoc
habeam michi me hec puto
prodesse video mardocheum
iudeum sedente ante portam regiam
Responderuntq; ei zares uxor
eius. et ceteri amici. Iube parari
excelsam trabem habentem
altitudinem quinquaginta cubitorum
et dic mane regi ut appendat
super eam mardocheum: et sic
ibis cum rege letus ad convivium
Placuit ei consilium. et iussit ex
trahi preparari crucem.

Nocte illam dormit rex
insomnem. iussitq; sibi
afferri historias et an
nales veterum temporum. Eaque coram illo
perlegebantur. Ventum est ad il
lum locum ubi scriptum erat. quod
nuntiasset mardocheus insidias
bagathan et thares eunuchorum
regis. regem adoriri insultare
cupientium. Cumque cum audisset
rex ait. Quid pro hac fide
honoris ac premii mardocheus
consecutus est. Dixerunt ei
servi illius ac ministri. Nihil
omnino mercedis accepit. Stati
mq; rex. quis est inquit in atrio
aman quippe interius atrium
domus regie introierat. ut
suggeret regi et iuberet mar
docheum affigi patibulo quod ei
fuerat preparatum. Responderunt
ei pueri. Aman stat in atrio.
Dixitq; rex. Ingrediatur. Cumq;
esset ingressus ait illi. Quid de
bet fieri viro quem rex honora
re desiderat. Cogitavit autem aman
in corde suo et putavit quod nullum
alium rex nisi se velle honorare
tradit. Homo quem rex honora
re cupit debet indui vestibus